

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1886**

1303 - 1304

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

242. *Bischof Friedrich von Straßburg trägt dem Clerus seiner Diöcese auf, Betrüger festzunehmen, welche mit gefälschten Urkunden zum Schaden der Straßburger Münsterfabrik sammeln. 1303 November 21.*

Fridericus dei gracia Argentinensis ecclesie episcopus universis archidiaconis<sup>a</sup>  
 5 plebanis et vicariis per suam dyocesim constitutis salutem in domino. ex parte  
 rectoris fabrice ecclesie Argentinensis nobis gravis querela innotuit, quod videlicet  
 quidam falsarii per nostram dyocesim Argentinensem subditos vestros falsis circum-  
 veniant instrumentis in dei contemptum et nostri honoris ac dicte fabrice non modi-  
 cum detrimentum. quocirca vobis et singulis vestrum sub pena viginti solidorum  
 10 dicte fabrice solvendorum precipimus et mandamus, quatenus, ubicunque locorum in  
 vestris districtibus prefati falsarii fuerint per nuncios dicte fabrice deprehensi, nostra  
 auctoritate vestram diligenciam adhibere curetis, quod iidem detineantur et conser-  
 ventur, quousque de ipsorum falsitate justum iudicium consequi valeamus. datum  
 11 kalendas decembris anno domini 1303.

15 *F aus Straßb. Frauenh. A. Donationsbuch 2 fol. 199<sup>b</sup> cop. ch. d. a. 1406.*

243. *Bischof Friedrich von Straßburg weist den Dekan des Domcapitels an, wie der Beschluß desselben, betreffend die Vertheilung der Denare an die Canonicus und Präbendare, durchzuführen sei. 1304 Februar 22 Neuweiler.*

Fr[idericus] dei gratia episcopus Argentinensis discreto viro decano ecclesie  
 20 Argentinensis in Christo dilecto salutem in domino. vobis et omnibus, quorum  
 interest, intimamus, quod nos deliberatione prehabita de bonorum consilio statutum  
 ecclesie vestre de distributione denariorum in choro ecclesie vestre canonicis et pre-  
 bendariis presentibus facienda editum declaramus esse taliter observandum, quod  
 eorundem denariorum distributio fiat canonicis juxta modum et consuetudinem ecclesie  
 25 vestre in administratione carniurn observatam, prebendariis vero omni die, qua  
 matutinis aut misse publice et vesperis interfuerint, fiat similiter, prout ipsos con-  
 tingit, eorundem denariorum distributio integraliter, tanquam aliis horis canonicis  
 omnibus illa die presentes fuissent. igitur statutum predictum, in quantum ultra pre-  
 scriptam nostram interpretationem seu declarationem inportare et servare<sup>b</sup> seu quem-  
 30 quam artare videtur aut posset, auctoritate ordinaria revocamus. actum Novill[ari]  
 8 kalendas martii anno domini 1304.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 3465 nr. 195 cop. ch. sec. XVI. Schlechte Abschrift.*

a) *F archiepiscopis.*      b) *Verderbte Ueberlieferung.*